generali vel particulari et alijs quibusuis dilationibus ac legalibus impe
dimentis etiam de jure concessibilibus non differendo imo etiam et apellationibus
ac earum prosequutionibus aliisque generaliter omnibus iuris beneficijs et defensis
se et suos successores renunciando et abrenunciando.

Szyskowski Debitum

Coram officio et actis praesentibus castren capitan Branscen atque Generoso Christopho
Niewiadomski per magnificum Franciscum Joannem Lesnowolski Brans
capitaneum in locum officii sui quo ad suum actum attinet subdelegato personaliter comparentes
idem magnificus Franciscus Joannes Lesnowolski Branscen capitaneus
ac magnifica Anna Sapiezanka Lesnowolska eiusdem magnifici capitanei
Branscen consors legitima cum eiusdem mariti sui vti tutoris coniugalis personali
assistentia et consensu praesentanea sani mente et corpore existentes palam ac
libere verbisque per expressis recognouerunt Quia magnificis Martino Szy
skowski et Leonorae Sapiezanka coniugibus ac illorum legitimis successoribus
tenentur sunt debiti summam Octodecem millium florenorum numeri et monetae
polonicae in Regno currentis Quam quidem summam idem magnifici Lesnowol
sci coniuges memoratis magnificis Szyskowskiem coniugibus siue illorum
successoribus de omnibus in genere et singulis in specie bonis suis mobilibus et immo
bilibus potentatum suam ad id de eisdem bonis extendendo submittunt ac inscri
bunt hinc pro Festo Natiuitatis Sancti Joannis Baptistae in Anno Millesimo
Sexcentesimo Quinquagesimo secundo proxime futuro parati pecunia reddere et
Realiter ac in effectum persoluere sub vadio simili aliorum Octodecem
millium florenorum polonicorum in defectum solutionis pro tempore praefixo ad soluendum
irremissibiliter succumbendo. Pro quo quidem vadio ac summa essentiali
insimul iuncta idem ipsi magnifici Lesnowolscie coniuges ex instantia
memoratorum Szyskowskich coniugum siue illorum successorum ad quoduis judicium
siue officium Regni castren cuiuslibet Palatinatus terrae et distri
ctus etiam Tribunalis Regni cuiusuis subsellij citati cum suis successoribus
existentes Ex nunc a foro proprio et jurisdictione competenti recedendo illi
vero foro et juridico ad quod citati fuerint siue successores illorum citabuntur
quo ad respondendum et inscriptioni praesenti ac eius contentis in toto satis
faciendo cum bonis et successoribus suis subijciendo in primo citationis termino
tanquam peremptorio peremptorie stare parere respondere et pro
summa essentiali ac vadio succumbito ab officio siue judicio illo non recedendo
satisfacere ac omne judicatum pati tenebuntur illorumque successores
debebunt Eundem terminum primum peremptorium et alios omnes
causae eiusdem terminos semper peremptorios vera vel simplici infirmitatibus
actione pro maiori minorennitate successorum tardae extraditione mala positione
inordinata scriptione ac ignorantia citationis processusque in contumaciam obtenti
juratoria euasione interregno absentia Regis a Regno literis motiuum ex
peditione bellica incursu hostium in fines Regni conuentione generali vel par
ticulari legatione intra vel extra Regnum inundatione aquarum morbo et aggra
uatione et alijs quibusuis dilationibus ac legalibus impedimentis etiam de jure
concessibilibus non differendo imo his etiam et apelationibus ac earum prosequutionibus
aliisque generaliter omnibus iuris beneficijs et defensis se et suos successores renunciando